

IX. *Positâ carne non tollitur Spiritus in homine regenerato, & vicissim posito Spiritus non tollitur caro.* Nam in uno eodemque homine renato, respectu diversi principii, non autem subjecti, duæ partes oppositæ manent in hâc vitâ, caro & Spiritus, *Matth. 26. 41. Gal. 5. 17.* imò duo quasi homines, *vetus & novus Eph. 4. 22. Col. 3. 9.* externus & internus, *apertus & occultus, Rom. 7. 22. 1. Petr. 3. 4.* seu animalis & spiritualis *1. Cor. 2. 15.*

X. *A perfectione persona ad perfectionem principii non valet consequentia.* Nam regeneratio nostri est perfecta & totalis quantum ad personam attinet, utpote quæ lota est sanguine Christi. Sed principium agendi, seu causa proxima, multis laborat imperfectionibus: quatenus videl. Spiritus sæpenumero superatur à carne. Et si ergo regeneratio est totalis ratione subjecti: non tamen est totalis secundum intensiorem graduum.

CAPUT XV.

De Lege Dei.

I *Sublata iustificatione, rigida exactione, & maledictione legis, non tollitur eius observatio.* Nam Christus nos liberavit à tribus prioribus: at quartam nobis commendavit *Matth. 22. 38.*

C 6 II. *Durante*